

**König Wilhelm verkündet auf Antrag des Erzbischofs Bertrand von Trani die gesetzlichen Bestimmungen über die Gerichtsbarkeit bei Ehebruch und über den Gerichtsstand der Kleriker.**

Palermo, (1170) März 16

Trani, Archivio Capitolare, " Diplomi reali ", unbeglaubigte Abschrift des 12. Jh. , stark beschädigt [ B ] — ebd, I n. 4, Insert in Diplom Friedrichs II. von 1225 Juni [ B<sup>2</sup> ]

Editionen: PROLOGO, Carte 134 - 135 Nr.61 [ P ] ; DAVANZATI, Dissertazione monum. IX = HB II, 494 - 496 ;

Regesten: B. 176 .

B enthält außer D 35 auch D 5, ebenfalls für Trani und ebenfalls die Publikation einer gesetzlichen Bestimmung — über die Verwaltung vakanten Kirchengutes —, die später in die staufische Kodifikation aufgenommen wurde. D 35 ist die erste bekannte Ausfertigung des Konstitutionenpakets, mit dem Fragen der Kompetenzabgrenzung zwischen weltlicher und kirchlicher Gerichtsbarkeit geregelt wurden und vor allem der Gerichtsstand für Kleriker je nach Deliktsart bestimmt wurde. Da es *vetustate consumptum* war<sup>1</sup>, ist das Stück auch Friedrich II. zur Erneuerung vorgelegt worden : BF 1567 , in dem einige Abweichungen gegenüber B und dem in den späteren Ausfertigungen ( DD 47, 51, 53, 79) feststellbaren Formular, das auf D 35 beruht, zu beobachten sind. Ob der Ausfall des Abschnitts *quod spectat ad iudicium ecclesie* (Anm. m, t) wie der Fehler bei Anm. w nur auf Augensprung zurückzuführen ist oder politischer Natur sein kann, läßt sich nicht mehr ermitteln.

Nur das noch im Original vorliegende D 47 unterscheidet sich durch eine auf das Lob Palermos bedachte Arenga deutlicher von dem geläufigen Muster. Der Text, vermutlich auf der Grundlage des Formulars, wurde an verschiedenen Stellen in die Redaktion des Liber Augustalis aufgenommen : I 45, I 68, III 83; vgl. NIESE, Gesetzgebung 138 ; ENZENSBERGER, Kirchenpolitik 428 ff. ; DILCHER, Gesetzgebung 197 - 199, 293 - 295, 741 - 743; zuletzt SCHLICHTER, Wilhelm II. 59f. .

Der Text beruht, soweit möglich, auf B, dessen Lücken an den Rändern durch [ ] gekennzeichnet sind.

---

<sup>1</sup> Also ähnliche Überlieferungsbedingungen wie für DD 20 - 22, 31, die in BF 1382 enthalten sind.

## D 35

[ Wilielmus, Dei ] gratia rex Sicilie, ducatus. Apulie et principatus Capue, una cum domina Margarita, gloriosa<sup>a</sup> regina, matre sua, comitibus, [ camerariis, iustiti]ariis, baronibus, et universis baiulis, qui sunt de<sup>b</sup> parrochia<sup>c</sup> et diocesi<sup>d</sup> Tranensis archiepiscopatus, fidelibus suis, salutem et dilectionem. Ber(trandus), venerabilis Tranensis archiepiscopus, fidelis noster, ostendit maiestati nostre dicens, quod ecclesia Tranensis privatur et diminuitur<sup>e</sup> a vobis de<sup>f</sup> iure suo videlicet de adulteriis, que non permittitis iudicari et corrigi in curia ipsius ecclesie, sicut debetur, et de personis clericorum, que a vobis ut laici<sup>g</sup> iudicantur, capiuntur et incarcerantur, quod, si verum est, admodum nobis displicet et grave ferimus. Non enim decet neque volumus, ut ea que ab ecclesia iudicari et coherceri<sup>h</sup> debent, a vobis iudicentur vel puniantur. Quare mandamus universitati vestre et precipimus, ut amodo de adulteriis iudicandis non vos intromittatis, sed, si quis de parrochia vel diocesi predicte Tranensis ecclesie de adulterio accusatus<sup>i</sup> vel in eo deprehensus fuerit, ad iudicium curie ipsius ecclesie, in qua<sup>j</sup> adulteria ipsa iudicari debent, consistat et a curia eiusdem ecclesie iudicetur et corrigatur excepto si per insultum vel<sup>k</sup> violentiam adulterium committitur. Quod si acciderit<sup>l</sup>, iudicetur ab ecclesia de ipso adulterio, de hoc, quod spectat ad iudicium ecclesie<sup>m</sup>, et de hoc quod spectat ad iudicium curie nostre, videlicet de insultu et violentia, iudicetur ab ipsa curia nostra. De personis autem clericorum volumus et iubemus, ut si aliquis clericus totius parrochie vel diocesis predicte Tranensis ecclesie de aliquo forisfacto, de quo persona sua iudicari vel condempnari<sup>n</sup> debeat, appellatus<sup>o</sup> fuerit, non a vobis neque in curia vestra, sed ab ecclesia et in curia ecclesie de hoc quod ad personam suam spectat<sup>p</sup>, iudicetur et corrigatur, sicut<sup>q</sup> convenerit iuxta canones et ius ecclesiasticum, excepto si aliquis clericus fuerit appellatus de prodicione vel de alio huiusmodi magno maleficio quod spectet contra<sup>r</sup> maiestatem nostram. Quod si acciderit<sup>s</sup> volumus et precipimus ut de hoc quod spectat ad iudicium ecclesie, iudicetur ab ipsa ecclesia, et de hoc<sup>t</sup>, quod spectat ad iudicium curie nostre, iudicetur ab ipsa curia nostra. Si vero aliquis clericus de hereditate vel aliquo<sup>u</sup> tenimento, quod non ab ecclesia, sed a nobis<sup>v</sup> sive per patrimonium<sup>w</sup> sive aliunde in terris nostris<sup>x</sup> teneat, a[ppellatus<sup>y</sup>] fuerit, volumus ut de hoc in curia illius, in cuius terra possessiones vel tenimentum habuerit, respondeat et quod iustum fuerit faciat, non tamen ut persona eius exinde capiatur aut incarceretur. Preterea vobis baiulis

## D 35

precipimus, ut ad predicta adulteria [coercenda et corrigenda eidem venera]bili archiepiscopo, fideli nostro, in quibus opus fuerit, auxilium tribuatis. Dat(um) Panormi ,[ XVI die mensis Martii, indictionis III . ]

- 
- a gloriosissima *B*<sup>2</sup> .  
b in *B*<sup>2</sup>  
c parochia *P*, so auch an den weiteren Stellen.  
d diecesi *P*, so auch an den weiteren Stellen.  
e a vobis minuitur *P*.  
f in *B*<sup>2</sup>  
g larci *B*, et laicis *B*<sup>2</sup> .  
h coerceri *B*<sup>2</sup>, *P* .  
i accusatur *B*<sup>2</sup> .  
j quo *B*<sup>2</sup> .  
k et *B*<sup>2</sup>, *P* .  
l accidit *P*.  
m de hoc - ecclesie *fehlt B*<sup>2</sup> .  
n condemnari *B*<sup>2</sup>, *P* .  
o appellatum *B* .  
p spectet *B*<sup>2</sup> .  
q sicuti *B*<sup>2</sup>, *P*.  
r circa *B*<sup>2</sup> .  
s accidit *B*<sup>2</sup> .  
t hoc quod spectat - de hoc *fehlt B*<sup>2</sup> .  
u *fehlt B*<sup>2</sup> .  
v vobis *B* .  
w sive - patrimonium *fehlt B*<sup>2</sup> .  
x vestris *B*.  
y appellatum *B* .